



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 3. Qualitas Belgij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

Treniros vsque, continéque circiter 180. millia passuum.

*Latitudo item Geographica* consideratur à *Theodonis villa*, ad *Amelandiam Insulam*, & circiter ducenta passuum millia continent.

Vbi obseruabis longitudinem & latitudinem Belgij aliter quoque sumi posse, videlicet pro maximâ & minimâ extensione, eoque in sensu longitudinem Geographicam dicendam esse latitudinem, latitudinem Geographicam longitudinem appellandam: quod accidit iis regionibus, quæ latius patent à Septentrione in Meridiem, quam ab Occidente in Orientem.

### §. 3. Qualitas Belgij.

HÆC Regio paulò humidior est, ideóque pascuis quam cerere lætior, ferè tota palustris est. Canabim & linum vbique profert. Equos fortissimos emittit. Ferè serpentibus caret, si paucos colubros excipias. Rarò hic tonat & fulgurat: hyems perfrigida, rigentibus quotannis fluminibus. Quam sit populosa arguit urbium multitudo quæ supra ducentas numerantur, cum centum & amplius maioribus burgis urbium iure fruentibus. Certè anno 1380. unum Ganduum, ut cæteras urbes taceam, octoginta armatorum millia exhibuit.

### §. 4. Mores Belgarum.

SIMPLICIORES sunt Belgæ, & minimè mali, sed si semel in fraudem eos induxeris inimicos experieris. Philoxeni omnes, omnes munditiem amant, quæ in omnibus eorum rebus singularis est. Pecunia æ audi, ideóque mercaturæ diligenter incumbunt. Desideres ferre non possunt, eoque per vim ad laborem compellunt. Retinentissimi sunt religionis, ad hanc tamen compelli nolunt. Principibus suis orantibus omnia concedunt, exigentibus omnia negant, & amore potius quam imperio regi volunt.

### §. 5. Politia Belgarum.

Ex quo Carolus Magnus Saxones sæpius rebellantes in eâ regione collocauit, indigenis rebellionis suæ afflauere virus. Quid